HIERONYMUS
Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 170r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



s; quo maria obstupefacta miraculo hortulanū
putaret, quem tanto studio requirebat. Itaq;
& dn̄s eisdē uerbis quib⁹ & angli loquit̄ ad
eam. Mulier quid ploras. Addidit q;
de suo. Quem queris. At illa respondit.
Dn̄e. si tu sustulisti eum. dicito. ubi posueris
eum. & ego eum tollam. Hic dn̄m. non de
confessione uere fidei saluatorem uocat.
s; humilitate & timore hortulano defert
obsequium. Et uide q̄nta ignorantia.
Quem custodiebat cohors militum. cui⁹
sepulchro angli presidebant. ab uno hor-
tulano arbitrabat̄ ablatum. & ignorans
imbecillitatem femineā tantaꝝ se uiriū
repmittit. ut corpus uiri & pfecte etatis.
qd ut cetera taceam centū libris myrre
circumlitū erat. estimaret ab una & paui-
da muliere posse portari. Cumq; appel-
lasset eam atq; dixisset. maria. ut quē
facie non cognoscebat uoce intelligeret.
illa in errore psistens nequaq̄m dn̄m s;
rabboni. id est magistrum uocat. Et uide
q̄nta turbatio. quem hortulanū putans
dn̄m nuncuparat. di filium resurgentē
magistrum uocat. Itaq; ad eam que que-
rebat uiuentē cum mortuis. que errore
femineo & imbecillitate muliebri huc
illucq; currebat & corpus querebat oc
cisi. cui⁹ pedes uiuentis tenuerat. loq̄t̄
dn̄s & dicit. Noli me tangere. n̄dum
enim ascendi ad patrem meum. Et est
sensus. Quem mortuum queris. uiuen-
tem tangere non mereris. Si necdum
putas me ascendisse ad patrē. s; hominū
fraude sublatum. meo tactu indigna
es. Hoc aut̄ dicebat. non ut studium
querentis obtunderet. s; ut ostendet dispensati-
onem carnis assumpte in diuinitatis gl̄am
ēē mutatam. Et nequaq̄m corporalit̄
uelle ēē eum dn̄or. quem spūalit̄ credet
debere regnare cum patre. Vnde &
apli maioris fidi sunt. qui absq; angl̄or
uisu. absq; ipsi⁹ saluatoris aspectu. p⁹q̄m
corp⁹ ei⁹ in monumēto non reppererunt.
crediderunt eum ab inferis surrexisse.
Alii putant p̄mum ēē qd a iohe narra
tum ē. uenisse mariam magdalenam ad
sepulchrum. ⁊ uidisse reuolutū lapidem
a monumento. ⁊ p⁹ea regressam cū aplis
petro & iohe. solam ad monumētū reman-
sisse. & id circo adhuc incredulam a dn̄o
fuisse correptā. reuersamq; domū. rursū
ad sepulchrum uenisse cum maria. alia & ab
angl̄o monitam. exeuntemq; de monu
mento adorasse dn̄m. & tenuisse pedes ei⁹
q̄ndo ab eo partit̄ audierunt. auēte. At
ille accesserunt & tenuerunt pedes ei⁹.
& adorauerunt eū. Que in tantū pfece-
runt. ut mittant̄ ad aplos. & audiant
p̄mum. nolite timere. secundo. ite &
nunciate frib⁹ meis. ut eant in galileā
ibi me uidebunt. VI.

Quom⁹ custodiente militum turba
petrus & iohes libere ingressi sunt
sepulchrum. nullo phibente custodum.
Hac uidl causa. quia uespe sabbi que
lucescebat in p̄ma sabbi uenit maria
magdalena & altera maria uidere se-
pulchrum. & ecce terremot⁹ fact⁹ est
magn⁹. angl̄s quoq; dn̄i descendit de
celo & accedens reuoluit lapidem.
& sedebat sup eum. erat q; aspect⁹ ei⁹.

170